

vulgata, multis atque egregiis miraculis confirmata fuit. Quem cultum a die obitus ex populorum devotione obtinuit; Innocentius duodecimus auctoritate Apostolica ratum habuit: postremo Benedictus decimusquartus Pontifex maximus Missam et Officium in ejus memoriam celebrari indulsit.

R. Propter veritatem.

Sermo sancti Augustini Episcopi.

Serm. 16. in Nat. Dom.

Lectio v.

Tres vite sunt in Ecclesia membrorum Christi, conjugalis, vidualis, virginalis. Quia ipsa vite, ipsa pudicitie futurae erant in sanctis membris Christi, omnes istae vite tres attestatae sunt Christum. Primo conjugalis: quando Maria Virgo concepit, Elisabeth uxor Zachariae et ipsa conceperat, hujus iudicis praeconeum ferabat in utero. Venit ad eam sancta Maria tamquam ad cognatam suam salutandam: exultavit infans in utero Elisabeth: ille exultavit, illa prophetauit. Habes attestantem pudicitiam conjugalem. Ubi vidualis? In Anna: audistis quod es-

set sancta prophetissa, vidua octoginta et quatuor annorum, quae septem annis vixerat cum viro suo, frequentans templum Domini, seruiens in orationibus nocte et die. Et ipsa vidua agnovit Christum; vidit parvum; agnovit magnum, et ipsa attestata est. Habes et in ista vitam vidualem; in Maria virginalem.

R. Dilexisti.

Lectio vj.

Ligat sibi quisque de istis tribus quam voluerit: qui praeter istas esse voluerit, in membris Christi esse non disponit. Non dicant conjugatae, Nos ad Christum non pertinemus. Habuerunt maritos sanctae feminae. Non se extollant virgines. Quanto magnae sunt, humilient se in omnibus. Omnia exempla salutis proposita sunt ante oculos nostros. Nemo exorbitet. Si pudicitiam conjugalem quaeris, habes Susannam: si vidualem, habes Mariam.

R. Fallax gratia, et vana est pulchritudo: * Mulier timens Deum, ipsa laudabitur. **R.** Date ei de fructu manuum suarum, et laudent eam in

portis opera ejus. — Mulier. Gloria Patri. Mulier.

In iij. Nocturno, **Homilia.** Coelorum regnum. de Communi j. loco.

Lectio nona simplicis; Commem. Octavae et simplicis in Laudibus.

Vesp. a Capit. de seq. **Comm. praeced. et Oct.**

DIE XII. SEPTEMBR.

B. Thomae

a Spiritu sancto,

Martyris. Duplex.

Omnia de Comm. unius Mart. praeter sequentia.

Oratio.

Deus, qui beatum Thomam per ignis passionem gloriosa martyrii corona decorasti: concede propitius, ut ejus intercessio nos in fide stabiles, et in tuo semper faciat amore ferventes. Per Dominum.

Commem. Octavae.

In j. Nocturno, **Lectiones de Scriptura occurrente.**

In II. Nocturno.

Lectio iv.



Thomas ex illustri stirpe de Zumarraga Victoriae in Hispania in lucem venit. Ab infantia Deum timere edoctus, avita nobilitate opibusque contemptis, ordini Praedicatorum nomen dedit in patria, ac Salmanticae solennia

nuncupavit vota. Mox Vallisoletum missus sacris disciplinis operam daturus, ita in eis profecit, ut magnam de se spem apud patres excitaret, sed potissimum in religiosa perfectione, et in omnium virtutum exercitio proficere visus est. Ad haec nomen Jesu Christi apud barbaras nationes annuntiandi desiderio flagrabat: ea vero die qua Sacerdos est inauguratus, interiori lumine perfusus, hanc esse in se divinam voluntatem expertus fuit, omnemque dubitandi rationem amovit. Propterea occasione nactus in insulas Philippinas una cum aliis sanctissimis fratribus transfretavit, ubique in itinere humilitatis ac paupertatis relinquens exempla. Vix Manilam appulerat, beatus Franciscus Morales dux novae missionis ad Japoniam gentes destinatae, inspecta juvenis sanctitate, eum sibi in socium delegit, eo-que deinceps in perdifficili illa legatione tamquam instrumento feliciter usus est: quippe Thomas nullo periculo territus, nullo labore fractus, quidquid in gloriam Dei aut animarum salutem cederet alacri animo et humili

voluntate exsequeretur. Brevi igitur edoctus Japonicum idioma, totum se ad infidelium conversionem dedit.

R. Honestum.

Lectio v.

Licet vero hi Christi præcones a régulo Satzuménsi comiter essent excepti, asperrimam tamen vite rationem quam profitebantur, minime intermisérunt, sed júgiter flagellis, jejuniis, omnique asperitatum genere carnem spiritui subjicere enitebantur, vigiliis et orationibus insistebant, nullumque religionis ac pietatis officium prætermittébant. Unde factum est ut plures idololatræ christianam fidem amplecterentur, et ecclésiæ quoque ædificarentur. A Satzuménsi regione in insulam Coquiquium dictam, jussu réguli commigrarunt ibique nedum arctissimæ paupertatis incómoda, sed ethnicorum ministrorum, quos bonzos vocant, persecuciones insidias, et minas quotidie passi sunt: at horum nihil Christi miles verebatur. Interea beatus Franciscus Morales cupiens de Japonica missione Manilienses patres facere certiôres, ad ejusmodi officium Thomam

delégit, eique ut Manilam rediret imperavit. Hoc in itinere ministri sui sanctitatem Deus voluit ostendere: suborto quippe in navi, qua vehebatur, incendio, fugientibusque quibusdam nautis imminens submersiónis periculum, Thomas, Mariano ut vocant Rosario inter flammam conjecto, illico serpente ignem exstinxit, ac insuper redeuntes nautas, quos navis præfectus capite damnarat, a morte liberavit. Mox cum ob ejusmodi infortunium in quadam insula constitissent, et inter viatores lues esset exorta, Thomas, extructo xenodochio, animarum et corporum salutem præsto fuit; unde alii ad fidem, alii evitiórum cœno ad meliorem frugem ejus exhortatione et exemplo traducti sunt.

R. Desiderium.

Lectio vj.

IN Japoniam reversus incredibile dictum est quot labores fuerit perpessus, quot pericula superarit, quot ecclésiæ ædificaverit, quot infideles aut apóstatas ad Christum redúxerit. Sed cum régulus Satzuménsis vel ob metum Daifusamæ imperatoris, vel ex pró-

pria malitia servos Dei expellere decrevisset, in alias provincias, eodem fervore acti, infracto animo, sese transtulerunt. Thomas vero Tigense regnum ingressus, ac alias deinde regiones, pari ardore ac zelo, in labore et ærumna, in vigiliis multis, in fame et siti, in frigore et nuditate, animarum salutem ubique procuravit. Subinde Meacum Japoniæ metropolim missus, ibi cum magno religionis incremento Ecclesiam ædificavit. Ab imperatore Daifusama fidei præconibus exsilio multatus, Thomas cum aliis occulte eo rediit, ac missionis præses institutus, sibi subiectos socios verbo et exemplo inflammabat, ut mortidestinati, aut carceribus mancipatis præsto essent. A beato Alphonso Navarræ iterum Meacum missus est, pluribus tum in itinere, tum in ea metropoli relictis apostolicæ caritatis monumentis. Denique recrudescente persecutione, dum haud procul a Nangasaco sacramenta ministraret, a satellitibus deprehenditur, et Omuram custodiendus trajicitur. In eo tetro atque horribili carcere alii quoque jacebant sancti

fidei præcones, cum quibus fere per quinquennium vixit in omnium ærumnarum genere. Tali vero ardore sitiébat martyrium, ut anno millésimo sexcentésimo vigésimo secundo, egredientibus ceteris sociis ad ignem damnatis, uberrimis lacrymis se tanquam indignum derelictum fuisse quereretur. Biduo tamen post una cum tribus aliis ad rogam damnatus, Omuræ die duodécima Septembris et ipse optatam martyrii palmam adeptus est. Eum tandem, una cum ducenis et quatuor aliis in Japoniæ regno strenuis fidei confessoribus Pius nonus Pontifex maximus anno millésimo octingentesimo sexagesimo septimo, solenni ritu beatorum Martyrum catalogo ascripsit.

R. Stola jucunditatis.

In iij. Nocturno, Homilia.
Quia Dominus ac Redemptor. **ut in Comm. ij. loco.**

DIE XVII. SEPTEMBER.
S. Petri de Arbues
Martyris. Duplex.

Omnia de Comm. unius
Mart. præter sequentia.

Oratio.

Præsta quæsumus omnipotens Deus: ut beati Petri Martyris tui

fidem congrua devotione sectemur, qui pro ejusdem fidei defensione martyrii palmam meruit obtinere. Per Dominum.

Commem. præcedentis.

In j. Nocturno, Lectiones de Scriptura occurrente; sed in Quatuor Temp. Lect. Fratres, Debitores de Comm. plurim. Mart. cum R. unius Mart.

In II. Nocturno.

Lectio iv.

Etrus, cognomento de Arbues, Episcopus in Aragónia natus, a piis honestisque parentibus, una cum sanguinis claritate hausit et pietatem: ab ipsis enim incunabulis, optimis moribus imbuitus, pueritiam ita transégit, ut nihil prius in ætate illa sibi duxerit excolendum, quam litteras, et christianas virtutes. Adolens liberalibus disciplinis eruditus, Bononiæ in collegio Hispanorum ascriptus, doctrina et eruditione adeo excelluit, ut inde magistralem sacræ theologiæ lauream reportaverit. Mox in canonicum Metropolitanæ Ecclesiæ Cæsaraugustanæ ascitus, regularem, quam voverat, observantiam constantissime semper retinuit, suæque non modo, sed aliënæ etiã

saluti pari studio, ac sollicitudine invigilans, virtutibus omnibus sic enituit, ut Ferdinandus et Elisabetha, catholici Hispaniarum reges, cum vellent e suis finibus Judaicam exterminare perfidiam, ipsum fidei Inquisitorem in Aragónia primum eligendum curaverint.

R. Honestum.

Lectio v.

CUM igitur sacrum Inquisitionis munus pari animi ardore, et fidei catholice emolumento perageret, magnum sibi contraxit odium ab iis, qui Judaicam perfidiam mordicus asserébant, in eamque relapsi fuerant. De quorum insidiis per amicos et consanguineos certior factus, eisque suadentibus, ut, si vitæ consulere vellet, suscepto a se ministerio abdicaret, constanter respondit, libenter se talem ob causam mortem subiturum, idque unice optare se ex malo sacerdote bonum fieri Martyrem. Nec abfuit optatus eventus: quippe nefarii illi homines, habito sæpe inter se conventiculo, necem in Dei servum machinati sunt, conductisque ad scelus perpetrandum scicariis, Petrum ante chorum Metropol-

tanæ ecclesiæ orantem, in principio nocturni Officii, cum ea Psalmi verlogo decantaréntur: Quadraginta annis proximus fui generatiõni huic, et dixi: Semper hi errant corde; iterato vulnere lethaliter affecerunt.

R. Desiderium.

Lectio vj.

BIduum supervixit, Deo gratias agens, quod pro fidei defensione mortem mereretur oppetere, eundemque pro interfectõibus suis deprecans, post recepta Ecclesiæ sacramenta, decimo quinto Kalendas Octõbris, anno a reparata salute millésimo quadringentésimo octogésimo quinto, obdormivit in Domino. Non defuerunt post mortem prodigia, quorum illud in primis memorabile, ac apostolicæ Sedis iudicio comprobatum, multiplicatio nimirum, et effervescencia effusi cruõris in eodem ecclesiæ Metropolitanæ loco, in quo martyrium passus fuerat. Ejus corpus ibidem Ferdinandus et Elisabetha regali munificencia elaborato marmore sepe liendum curarunt. In sacellum deinde a canonicorum ejusdem Ecclesiæ collegio magnifice constructum, translá-

tum fuit, ubi ad præsens honorifice colitur: ejusque memoria, ut in catálogo beatõrum Martyrum in posterum haberetur, Alexander Papa séptimus indulisit. Pius vero Papa nonus anno millésimo octingentésimo sexagésimo séptimo, cum sæcularia Apostolorum principum solèmnia celebrarentur, Sanctõrum fastis accénsuit.

R. Stola jucunditatis.

In iij. Nocturno, Homil. Dominus diem iudicii. de Communi iij. loco.

Vesperæ a Capitulo de sequenti, Commem. præcedentis.

DIE XVIII. SEPTEMB.

**S. Thomæ
a Villanova**

Episc. et Conf. Duplex.

Ut in Breviario Romano diè xxij. Septembris.

DIE XXIII. SEPTEMB.

S. Theclæ

**Virginis et feminarum
Protomartyris.**

In Prov. Tarraconensi, Duplex j. classis cum Oct. Omnia de Communi Virginum, præter sequentia.

IN I. VESPERIS.

Antiph. et Capitulum de Laud. Psalmi, Hymnus et R. de Communi Virg.

In utrisque *Vesperis*, ad *Magnificat*, *Añā*. In perpétuum * coronáta triúmphat Christi Martyr beatíssima Thecla, incoinquinatórum certáminum præmium vincens.

Oratio ut in Laudibus.

AD MATUTINUM.

In I. Nocturno.

Añā. Eleváta est * magnificéntia tua Dómine, dum leónum rábiem sub pédibus Theclæ subiecisti.

Añā. Tamquam sponsa * procedens de thálamo suo, Thecla a médiis flammis exívit illæsa.

Añā. Dóminus fortis et potens, * Dóminus potens in prælio, qui tot triúmphis nóbilem coronávit Theclam.

V. Spécie tua et pulchritúdine tua. *R*. Inténde, próspere procéde, et regna.

Lectiones. Confitébor. de Communi ij. loco.

R. j. Cum primum vocem Pauli prædicántis audívit beáta Thecla, in Christum crédidit : * Et amore virginitátis inflamáta, nullum álium sponsum habére voluit. *V*. Audi filia, et vide, et inclina aurem tuam, quia concupívit Rex spéciem tuam. — Et.

R. ij. Ingréssus sum pactum tecum, ait Dóminus Deus, et facta es mihi : ámodo voca me : * Pater meus, dux virginitátis meæ tu es. *V*. Ecce ego lactábo eam, et loquar ad cor ejus; et erit in die illa : vocábit me, Vir meus. — Pater.

R. iij. Quid mihi est in cœlo, et a te quid volui super terram? * Deus cordis mei, et pars mea Deus in ætérnum. *V*. Cor meum et caro mea exultavérunt in Deum vivum. — Deus. *Glória. Deus.*

In II. Nocturno.


Añā. Inveni * quem diligit ánima mea, speciósus forma præ filiis hóminum.

Añā. Adjútor factus est * Dóminus Theclæ in tribulationíbus, quæ invenérunt eam nimis.

Añā. Deus, Deus noster * in ætérnum, et in sæculum sæculi, ipse reget nos in sæcula.

V. Adjuvábít eam Deus vultu suo. *R*. Deus in médio ejus, non commóvetur.

Lectio iv.

 Hecla virgo ex ílústribus paréntibus Icónii in Lycaónia nata, a Paulo Apóstolo fidei præcéptis institúta fuit. Cum enim ídem Apóstolus Icónium

ad Christi Evangélium prædicándum accessisset, eúmque mystéria fidei et castitátis laudes exponéntem Thecla audívisset, sic ad fidem et virginitátis propósitum ánimum inténdit, ut Thamyridem júvenem nobilitáte ac forma præstantíssimum, cui illam paréntes despónderant, invícto ánimo desérere, ac cœléstis sponsi Jesu Christi nuptias amplécti omnino decreverit. Vitam itaque, quam ex Apóstoli præscripto ad evangélicæ perfectiónis normam institúerat, aggréssa, quam plúrimas exinde adolescéntulas exémplo suo ad fidem et castitátem coléndam addúxit; ex quibus sanctæ potíssimum mulieres Triphæna, et Tryphósa in christiána disciplína sub ea póstmodum mirífice profecerunt.

R. Virgo Christi, noli timére : si transieris per ignem, flamma non nocébit tibi : * Et odor ignis non erit in te. *V*. Liberásti me a pressúra flammæ, quæ circúmdedit me, et in médio ignis non sum aestuáta. — Et.

Lectio v.

Quod cum iniquo ánimo ferrent sponsus et paréntes Theclæ, illam

apud júdicem, quod christiána esset, accusáverunt. Cujus jussu in ardéntem rogum, qui nisi Christum renuntiáret, ei parátus erat, prius signo crucis armáta, se ipsam injecit. Sed igne plúvia quæ repente exórta est, exstincto, Antiochiám venit : ubi feris objécta, et tauris in diversa incitátis alligáta, mox conjécta in fossam plenam serpéntibus, ex ómnibus Jesu Christi grátia liberátur. Cujus ardóre fidei et vitæ sanctitáte multi ad Christum convérsi sunt.

R. Pone me ut signáculum super cor tuum, ut signáculum super bráchium tuum : * Quia fortis est, ut mors, dilectio. *V*. Deus præcínxit me virtúte, et pósuit immaculátam viam meam. — Quia.

Lectio vj.

Tantis Christi Dómini virtúte periculis erépta Thecla, in pátriam rédiens, in montem sola secéssit : ac præcipua vitæ sanctitáte et miráculis insignis nonagenária migrávit ad Dóminum. Sacrum ejus corpus Seleuciæ sepúltum, celebérrima totius Oriéntis veneratióne; et frequénti Christianórum concúrso illuc adéntium, honorífice hábitum

fuit, ac sanctus Gregorius Nazianzenus ad illud venerandum Seleuciam se contulisse testatur. Eam summis laudibus tum ipse, tum omnes fere sancti Patres suis scriptis extulerunt: adeo ut si quando præcellentem aliquam sanctitate feminam celebrare vellent, non alio, quam Protomartyris Theclæ nomine exornarent.

R. Misit Dominus Angelum suum, * Et conclusit ora leonum, et non nocuerunt mihi. **V.** Si exurgat adversum me proelium, in hoc ego sperabo. — Et. **Gloria.** Et.

In III. Nocturno.

Añã. Annuntiãte * inter Gentes gloriã ejus, in omnibus populis mirabilia ejus.

Añã. Annuntiãverunt * cœli justitiam ejus, et viderunt omnes populi gloriã ejus.

Añã. Eo quod castitatem * amãveris, manus Dõmini confortãvit te, et ideo eris benedicta in ætërnũ.

V. Elégit eam Deus, et præelégit eam. **R.** In tabernáculo suo habitãre facit eam.

Homilia. Sæpe vos, fratres. **de Comuni.**

R. vij. Dõminus, qui eripuit me de ore leõnis,

et de manu bestię liberãvit me: * Ipse me eripiet de manibus inimicõrum meõrum. **V.** Misit Dõminus misericordiam suam, animam meam eripuit de medio catulõrum leõnum. — Ipse.

R. vij. Veni sponsa Christi, accipe coronã, quam tibi Dõminus præparãvit in ætërnũ, * Pro cujus amorẽ feminãrum prima tormenta passa fuisti, et cum Angelis in paradisu introisti.

V. Veni elãcta mea, et ponam in te thronũ meũ, quia concupivit Rex spẽciem tuã. — Pro. **Gloria** Patri. Pro.

AD LAUDES.

et per Horas, **Añã.**

1. O quam pulchra * est casta generãtio cum claritate!

Psalmi de Dominica.
2. Filiã Jerusalem, * nuntiãte dilãcto, quia amorẽ lãngueo.

3. Quasi sponsã ornãtam * monilibus suis, induit me Dõminus vestimẽtis salutis.

4. Gaudeãmus * et exultẽmus, et demus glõriã Deo, quia venerunt nuptiã Agni.

5. Jũvenes et virgines * laudent nomen Dõmini, quia exaltãtum est nomen Mãrtiris Theclæ.

Capitulum. Eccli. 51.

Confitebor tibi Dõmine Rex, et collaudãbo te Deũ Salvatõrem meũ. Confitebor nõmini tuo quõniam adjutor et protector factus es mihi, et liberãsti corpus meũ a perditõne.

Hymnus et V. de Comuni.

Ad Bened. Añã. Sicut lilium * inter spinas, sic Thecla amica mea inter filias.

Oratio.

Deus, pro cujus nominis glõria magnum certãmen passionum beãta Thecla Virgo et Martyr tua feminãrum prima, invicta fide sustinuit: da nobis, ejusdem fidei imitatione prospera mundi despice-re, et nulla ejus adversa formidãre. Per Dõmi-num.

AD TERTIAM.

Capitulum. Confitebor. **ut supra.**

R. br. Spẽcie tua, * Et pulchritudine tua. Spẽcie.

V. Intẽde, prospere procede, et regna. Et pulchritudine. **Gloria** Patri. Spẽcie.

V. Adjuvãbit eam Deus vultu suo. **R.** Deus in medio ejus, non commovebitur.

AD SEXTAM.

Capitulum. Eccli. 51.

Liberãsti me secũdum multitudinem misericordię nominis tui a rugientibus, præparãtis ad escã, de manibus quærẽntium animã meã, et de multis tribulationibus, quæ circumdederunt me.

R. br. Adjuvãbit eam, * Deus vultu suo. Adjuvãbit. **V.** Deus in medio ejus, non commovebitur. Deus. **Gloria** Patri. Adjuvãbit.

V. Elégit eam Deus, et præelégit eam. **R.** In tabernáculo suo habitãre facit eam.

AD NONAM.

Capitulum. Eccli. 51.

Laudãbit usque ad mortem animã meã Dõminũ: quõniam eruis sustinẽtes te, et liberas eos de manu angustię, Dõmine Deus noster.

R. br. Elégit eam Deus, * Et præelégit eam. Elégit. **V.** In tabernáculo suo habitãre facit eam. Et præelégit. **Gloria** Patri. Elégit.

V. Diffusa est grãtia in labiis tuis. **R.** Propterea benedixit te Deus in ætërnũ.

In ij. Vesp. omnia ut in primis præter **V.** Diffusa est.

DIE XXIV. SEPTEMB.

Descensionis

B. M. V. de Mercede,

Redemptionis captivor.,

Patronæ Diœc. Barchin.

Duplex j. classis cum Oct.

(Ex Decret. S. R. C.
17 Febr. 1868.)Omnia ut in Festis B. M.
V., præter sequentia.

IN I. VESPERIS.

Añæ. 1. Vidi captivitatē
pōpuli mei, filiōrum
meōrum et filiārum meā-
rum, quam superdūxit illis
Ætērnus.

2. Cōnteram virgam ejus
de dorso tuo, et vincula
tua dirumpam.

3. In funiculis Adam traham
eos, in vinculis caritātis.

4. Ecce hereditas Dōmini,
filii; merces, fructus ventris.

5. Non fecit tāliter omni
natiōni : et iudicia sua
non manifestāvit eis.

Capitulum. Eccli. 24.

SGO quasi vitis fru-
ctificāvi suavitatē
odōris : et
flores mei fructus honoris
et honestātis. Ego mater
pulchræ dilectiōnis, et timō-
ris, et agnitiōnis, et
sanctæ spei.

Hymnus.

DEl mater Virgo,
Absque casu stella
Pulchra tamquam luna,
Utque sol electa.

Nostras audi preces,
Tu, quæ captivōrum

Miserāta quæstus,
Cōnteris catēnas.

O ter fausta dies,
Qua conspēctū tuo

Sēdulum pro votis,
Recreāsti Petrum!

O nimis profundus
Caritātis ardor!

Sic a culpa solve
Quos a iugo solvis.

Agit iste grates

Ordo, quem benigna

Voce demonstrāsti
Consecrāndum tibi.

Tuo, diva Parens,
Gnatos reple zelo,

Ut corde sequāmur,
Ore quod vovēmus.

Ei laus, qui simplex,
Personisque Trinus,

Cōntulit Mariām
Nobis in parēntem.

Amen.

V. A Dōmino factum
est istud. **R.** Et est mirā-
bile in oculis nostris.

Ad Magnificat, Añæ.
Laudāte Dōminum Deum
nostrum, qui non desē-
ruit sperāntes in se : et in
me ancilla sua adimplē-
vit misericōrdiam, quam
promisit dōmui Israel,
alleluia.

Oratio.

DEus, qui per glorio-
sissimam Filii tui
Matrem, ad liberāndos
Christi fidēles a potestāte
paganōrum, nova Ecclē-

siam tuam prole ampli-
ficāre dignātus es : præsta,
quæsumus; ut quam pie
venerāmur tanti operis
institutricem, ejus pariter
mēritis et intercessiōne a
peccātis omnibus et ca-
ptivitāte dæmonis liberē-
mur. Per eūdem Dō-
minum.

**Ad Completorium et per
Horas in fine Hymnorum.**
Jesu tibi sit glōria. et per
Octavam.

AD MATUTINUM.

Invitorium. Descen-
siōnem beatissimæ Virgi-
nis Mariæ celebrēmus :
* Christum Redemptō-
rem Filium ejus adorēmus
Dōminum.

Ps. Venite, exsultēmus.

Hymnus.

Electa proles, máxi-
mam

Tuam parēntem dīcīto :

Per quam fidēles eximis

Ab impiōrum nexibus.

Vidēdo Mater optima

Gementium discrimina,

Tribus revēlat tēstibus

Istum pietātis Ordinem.

Dignātur inde sūmere

Viris ab istis unicum,

Qui a servitūte prōximum,

Se mancipādo, vindicet.

Captivitātis vincula

Soluta sunt per Virgi-

nem :

Ejus sub ara glōriam

Gentes redēptæ plāu-

dite.

Par est, alūmni, grātias
Honoris illi pēndere,
Quæ nos jubet pro frā-
tribus

Nodos subire bārbaros.

Sit laus Patri cum Filio,
Qui nos redēmit pērdi-
tos,

Tibique, sancte Spīritus,
Laus sit per omne sæcu-
lum. Amen.

In I. Nocturno.

Añæ. Veni de Libano,
sponsa mea, veni de Li-
bano, veni.

Añæ. A summo cœlo
egrēssio ejus, ut non sit
qui se abscondat a calōre
ejus.

Añæ. Fundāvit eam Al-
tissimus, super maria fun-
dāvit eam, et super flū-
mina præparāvit eam.

V. Tu exsurgens mise-
rēberis Sion. **R.** Quia
tempus miserēndi ejus,
quia venit tempus.

De Cānticis Canticōrum.

Lectio j.

Cap. 2.

SGO flos campi, et

lilium convallium.

Sicut lilium inter

spinas, sic amica mea

inter filias. Sicut malus

inter ligna silvārum, sic

dilēctus meus inter filios.

Sub umbra illius, quem

desiderāveram, sedi : et

fructus ejus dulcis gūtturi

meo. Introduxit me in

cellam vināriam, ordinā-

vit in me caritatem. Ful-

cite me floribus, stipate me malis : quia amore languet. Læva ejus sub capite meo, et dextera illius amplexabitur me. En dilectus meus loquitur mihi : Surge, propera, amica mea, columba mea, formosa mea, et veni. Jam enim hiems transiit, imber abiit et recessit. Flores apparuerunt in terra nostra, tempus putationis advenit : vox turturis audita est in terra nostra : ficus protulit grossosuos : vineæ florētes dederunt odorem suum. Surge, amica mea, speciosa mea, et veni : columba mea in foraminibus petrae, in caverna maceræ, ostende mihi faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis : vox enim tua dulcis et facies tua decora.

R. Introduxit me in cellam vinariam, ordinavit in me caritatem. Fulcite me floribus, stipate me malis : * Quia amore languet. **V.** Læva ejus sub capite meo, et dextera illius amplexabitur me. — Quia.

Lectio ij. **Cap. 4.**

Tota pulchra es, amica mea, et macula non est in te. Veni de Libano, sponsa mea, veni de Libano, veni : coronaberis de capite Amana,

de vertice Sanir et Hermon, de cubilibus leonum, de montibus pardorum. Vulnerasti cor meum, soror mea sponsa, vulnerasti cor meum in uno oculorum tuorum, et in uno crine colli tui. Quam pulchrae sunt mammae tuae, soror mea sponsa ! pulchriora sunt ubera tua vino, et odor unguentorum tuorum super omnia aromata. Favus distillans labia tua, sponsa, mel et lac sub lingua tua : et odor vestimentorum tuorum sicut odor thuris. Hortus conclusus, soror mea sponsa, hortus conclusus, fons signatus. Emissiones tuae paradisi malorum punicorum cum pomorum fructibus. Cypri cum nardo, nardus et crocus, fistula et cinnamomum cum universis lignis Libani, myrrha et aloë cum omnibus primis unguentis. Fons hortorum : puteus aquarum viventium, quæ fluunt cum petu de Libano.

R. Favus distillans labia tua, sponsa, mel et lac sub lingua tua : * Et odor vestimentorum tuorum sicut odor thuris. **V.** Emissiones tuae paradisi malorum punicorum cum pomorum fructibus. — Et odor.

Lectio iij. **Cap. 8.**

Quæ est ista, quæ ascendit de deserto, deliciis affluens, innixa super dilectum suum ? Sub arbore malo suscitavi te : ibi corrupta est mater tua : ibi violata est genitrix tua. Pone me ut signaculum super cor tuum, ut signaculum super brachium tuum ; quia fortis est ut mors dilectio, dura sicut infernus æmulatio : lampades ejus, lampades ignis atque flammarum. Aquæ multæ non poterunt extinguere caritatem, nec flumina obruent illam. — Quia fortis. **Gloria Patri.** Quia.

et ducenti his, qui custodiunt fructus ejus. Quæ habitas in hortis, amici auscultant : fac me audire vocem tuam.

R. Pone me ut signaculum super cor tuum, ut signaculum super brachium tuum : * Quia fortis est ut mors dilectio : lampades ejus, lampades ignis atque flammarum.

V. Aquæ multæ non poterunt extinguere caritatem, nec flumina obruent illam. — Quia fortis. **Gloria Patri.** Quia.

In II. Nocturno.

Añ. Favus distillans labia tua, sponsa, mel et lac sub lingua tua : et odor vestimentorum tuorum sicut odor thuris.

Añ. Ostende mihi faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis : vox enim tua dulcis, et facies tua decora.

Añ. Gloriosa dicta sunt de te, civitas Dei.

V. Non fecit taliter omni nationi. **R.** Et judicia sua non manifestavit eis.

Lectio iv.

Uo tempore major feliciorque Hispaniarum pars diro Saracenorum opprimebatur jugo innumerique fidelles sub immāni servitute, máximo cum periculo christiāne fidei abjurā-

dæ, amittendæque salutis æternæ, infelicitèr detinebantur, beatissima cœlorum Regina tot tantisque benigniter occurrèns malis, nimiam caritatem suam in iis redimendis ostendit. Nam sancto Petro Nolâsco pietate et opibus florènti, qui sanctis vacans meditationibus, jûgiter animo recogitabat qua ratione Christianorum ærûmnis sub Maurorum captivitate degentium succurri posset; ipsamet beatissima Virgo serena fronte se conspicendam dedit, et acceptissimum sibi ac unigenito suo Filio fore dixit, si suum in honorem institueretur Ordo Religiosorum, quibus cura incumberet captivos e Turcârum tyrannide liberandi. Qua cœlesti visione vir Dei recreatus, mirum est, quo caritatis ardore flagrare cœperit, hoc unum servans in corde suo, ut ipse ac instituenda ab eo Religio maximam illam caritatem sedulo exercerent, ut quisque animam suam poneret pro amicis et proximis suis.

R. Surge, prôpera, amica mea, columba mea, formosa mea, et veni, * Jam enim hiems transiit, imber abiit et reces-

sit. **V.** Flores apparuerunt in terra nostra, tempus putationis advenit, vox turturis audita est in terra nostra: vineæ florèntes dederunt odorem suum. — Jam.

Lectio v.

EA ipsa nocte eadem **V**irgo sanctissima beato Raymundo de Pénafort, et Jacôbo Arragoniæ regi apparuit id ipsum de Religiosis instituendis admonens suadensque, ut opem pro constructione tanti operis ferrent, Petrus autem statim ad Raymundi pedes, qui ipsi erat a sacris confessionibus, advolans, eirem omnem aperuit: quem etiam cœlitus instructum reperit, ejusque directioni se humillime subjecit. At superveniens Jacôbus rex, quam et ipse acceperat a beatissima Virgine revelationem, exsequi statuit. Unde collatis inter se consiliis, et consentientibus animis, in honorem ejusdem Virginis Matris Ordinem instituere, aggressi sunt, sub invocatione sanctæ Mariæ de Mercède Redemptionis captivorum.

R. Dilèctus meus mihi, et ego illi. * Qui pascitur inter lilia, donec aspiret dies et inclinèntur um-

bræ. **V.** Ego dilècto meo, et ad me conversio ejus. — Qui.

Lectio vj.

DIE igitur décima Augusti, anno Domini millésimo ducentésimo décimo octavo, rex idem Jacôbus eam institutionem, jam pridem ab iisdem sanctis viris conceptam, exsequi statuit, sodalibus quarto voto astrictis manendi in pignus sub paganorum potestate, si pro Christianorum liberatione opus fuerit. Quibus rex ipse arma sua regia in pectore deferre concessit, et a Gregorio nono illud tam præcèlentis erga proximum caritatis Institutum et Religionem confirmari curavit. Sed et ipse Deus per Virginem Matrem incrementum dedit, ut talis Institutio celèrius ac felicius totum per orbem divulgaretur, sanctisque viris floruerit caritate ac pietate insignibus, qui eleemôsynas a Christi fidelibus collectas in pretium redemptionis suorum proximorum expendere, seque ipsos interdum darent in redemptionem multorum. Ut autem tanti beneficii et Institutionis debite Deo et Virgini Matri referan-

tur gratiæ, Sedes apostolica hanc peculiarem festivitatem celebrari, et Officium recitari indulsit, cum alia fere innumera eidem Ordini privilegia pariter contulisset.

R. Quæ habitas in hortis, amici auscultant: * Fac me audire vocem tuam. **V.** Surge, amica mea, speciosa mea, et veni: ostende mihi faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis; vox enim tua dulcis, et facies tua decora. — Fac. **Gloria Patri. Fac.**

In III. Nocturno.

Aña. Vulnerasti cor meum, soror mea sponsa, vulnerasti cor meum in uno oculorum tuorum.

Aña. Pulchriora sunt ubera tua vino, et odor vestimentorum tuorum super omnia aromata.

Aña. Hymnum cantemus Domino, hymnum novum cantemus Deo nostro.

V. Memor esto congregationis tuæ. **R.** Quam possedisti ab initio.

Lectio sancti Evangelii secundum Joannem.

Lectio vij. Cap. 19.

IN illo tempore: Stabant juxta crucem Jesu Mater ejus, et soror Matris ejus, Maria Cleophæ, et Maria Magdalene. Et reliqua.